

www.e-rara.ch

Pomponii Melae De Orbis Sitv Libri Tres /

Mela, Pomponius

Basileae :, 1522

Stadtbibliothek Schaffhausen

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-145701>

Ioachimi Vadiani helvetii, in catechesim, et suos in pom ponium melam commentari os
praefatio.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

IOACHIMI VADIANI

HELVETII, IN CATECHESIM, ET SVOS IN POM
PONIVM MELAM COMMENTARI
OS PRÆFATIO.



Um aliis illustrium doctrinarū professoribus ætate nostra grā-
tiam habere studiosi debēt, tum uero maxime de illis bene sen-
tire, qui omni studio, cura, diligentia in hoc negocium incubue-
runt, ut ueterum scriptorum, quorum ductu, & uelut auspiciis
proximum seculum in linguarum cultu, & mansuetiorum lite-
rarum tractatione felix agere stipendium cœpit, tanquā postliminio reuerſa do-
ctrinæ monumenta, à dira barbariei seruitute uindicaret, & innumbris absterſis
maculis, redintegrata ueritate, pristino nitori, quoad fieri posset restituerēt. Equi-
dem sic sentio non multum illorum doctrinam sine horum industria nobis pro-
futuram fuisse: partim, quod flagitiorum alienæ culpæ contagionem, uelut ab
ægris in nostra trāsmittere, & deformem ignorantiam doctrinæ, ac eruditionis
prætextu sic imponentem, amplecti magno dispendio nos contigisset: partim
etiam, quod in uindicandis augendisq; literarum studiis uiam illi posteris indi-
cassent, animatis qui sequerentur, & mirabili quadam constantia, nec impari fe-
licitate reiectis, & consternatis, qui barbariæ noctem, atq; infantia tenebras con-
tumaciter retinētes, optimarum disciplinarū occasiones arripere noluerunt. Quo-
rum conferta acies, cum hodieq; numero magis, quàm armorum delectu instru-
cta mansuetiores literas, & ingenua studia oppugnare non desinat, ueteranorū
tamē, & triariorū (hos ego illos non ibus censeo) singulari prudentia, & fortitudi-
ne factum uidemus, ut inermem hanc turbam, si quis recentiorū non ulla graui
armatura, sed leui tantum calamo in fugam cōuerſam sternat, fodiatq; ne oua-
re quidem uelit, nedum triumphus ut decernatur petere. Adeo ignauus esse ho-
stis cœpit, qui fœda barbariei castra, infami conductus mercede, contra præſen-
tis seculi lucem, & tacitum bonorum consensum, sequitur. Vt interim ne dicam
quid, quantumue doctissimis illis reipub. literariæ moderatoribus, eorū nomie,
quos uelut in acie ciuicam coronam meriti, seruarunt, debeamus. Iam in T. Liui-
um temporum feritate sæuitum esse scimus: & frequentibus barbarissimorū eru-
ptionibus mutili Curtius, Gellius, & Marcellinus, ut paucos tātum nominem,
facti sunt: nobilissimis interim latinorū, M. Varrone, & Trogo Pompeio in pri-
ma statim acie sacrilegis horum manibus cōfectis, qui Liuius ne nomen quidē,
nedum uitam residuam esse uolebant, nemine, quod mireris, strenuorū, qui pro-
pius pugnassent, non saucio. Nam C. Plinii uarium & ingens de historia naturæ
opus, tot ulcerum mendis, tot cicatricum nœuis oblitum, interuersum, adultera-
tum fuisse fidem nō capiebat, nisi in tenui & planè Vlyſſæo Pomponii Melæ ter-
ra mariq; iactati, & nihil non experti scriptoris corpusculo, tercentum loca post
infamem illam pugnam reperta fuissent: quæ partim purulenta coaluerant, par-
tim exesa tabo marcorem in reliquū traxerāt corpus, præſenti haud dubie uene-
no classicū authorē confectura, si nō Hermolaū illū Barbarū, quē Plinianæ uale

Barbarorum
acies inermis.

tudinis Aesculapiū uocare soleo ad ulciscendā barbariem, & Pomponiū etiā ex Hermolai laus
 integro curandū, literarū miserta demū fata destinassent. Ac de Plin. quidē, qđ
 ad præsens institutū attinet, fatētur eruditi nō solū inesse ei quod Hermolao de-
 beatur, uerū etiam ingenuo exēplo uiam quādam, & modū ab hoc doctissimo
 uiro præscriptum esse, quo in aliis aestimandis, quæ ille aut consulto præterisset,
 aut in festino, ut sit, labore uidere nequirit, pari cādore, gravitate, & iudicio po-
 sterioritas uteretur. At mihi quidē nuper Pomponiū interpretato, incōparabili eru- Quo cōsilio in
Melam Vadia-
nus scripserit.
 ditione sua ita præiuit, ut paucissimis in locis, & quos uolentē transiuisse rectius
 quā non aduertisse credas emendandi, ac restituēdi laborē reliquerit. Equidē
 ut cōsiliū nostrī rationē studiosis expediā, & quid Hermolao uel Pomponiū noīe
 debeamus ostendā, præclarū illū de orbis situ scriptorē, cōmētationibus nostris
 onustū, in lucē & studiosæ iuuentutis Germanicæ manus exire hac tantum causa
 uolebā, ut studio bonarū literarū, quod paucos intra annos incredibili doctrina-
 rum accessione amplecti illa cōpisset, locorū terræ notitiā, cœli ratiōe adhibita,
 quā Cosmographiā appellāt, potissime coniungeret, gustu inde libato, quo ue-
 lut hilariori in symposio delectata: mox ad ea quibus uberior inesse doctrinarū
 haustus crederet, sine labore promoueret, & ad uniuersam rē literariā tractandā
 habilior fieret. Est enī, ut equidē sentio, secūdum studia illa, quæ ad religionē, &
 pietatē attinēt, & hoīem illius, qđ Græci dixere, *ῥυθμι δὲ αὐτοῦ*, cōmonent: quibus
 certe oīa debemus, regia ad perdiscēdā Philosophiā, & ipsas naturæ opes noscē-
 das uia, si huic disciplinæ innixi, terrarū sitū, marium flexus, amniū decursus, mō-
 tium tractus, ciuitatū, populorum, gentium ritus, mores, ingenia, deniq; & ani-
 malium effigies, naturā, discrimina, duce Geographia, quæ hæc ferē uniuersa secū-
 trahit, & cœlum etiā ambit cōmoda ad usum uitæ ratione perdisceremus. Qua
 itidem causa adducti sumus, ut locis Melæ nō paucis (oībus nō potuimus) ex il-
 lustrium scriptorum cōsensu indicato lucē daremus. Et fatemur difficultate, ut id
 ageremus rarius coactos fuisse: hoc magis spectabat animus, ut celebriū autho-
 rum testimoniis, haud quidē oībus, sed præcipuistātum (famā ex lectiōe nō libe-
 bat aucupari) adductis, ipso uelut in limine ostēderemus, quid de aliis auidā lite-
 rarum iuuentus sperare posset, si his deuoratis satiari uellet. Qua occasione &
 Melæ fidē, opinor, nō segniter adiuuimus, & obiter in transcurso, quātum equi-
 dem obseruare potuerim, quæ cōsona Melæ sentētiæ, rursus quæ dissona forēt,
 prodidimus, modūq; dedimus illō contendendi, quō equidē nondū perueni.
 Quibus & id accessit, quod subobscuri passim loci poëtarū explicati sunt, & inte-
 rim Pliniana quædā in quæstionē uocata, minime dissimulato iudicio nostro,
 quod utiq; liberum, cādīdumq; tātum abest, ut cuiusquā nomīs authoritati mā-
 cipare uoluerim, ut cum Philoxeno illo, cuius ad Atticum Cic. meminit. in carce-
 rem redire malim, quā in ueritate perquirēda, & bonis studiis iuuādīs præua-
 ricatus uideri cuipiā possim, ea de causa uel à Mela dissentire ausi. Quanquā ne
 in hoc quidē studio id egimus, ut uenditasse diligētiam, & nomē doctrinæ ue-
 ostentasse obicere quisquā possit, adeo candide nimirū testati, cessuros nos me-
 liora prodētibus: proinde & in ea nos pariter opera futuros, ut capentur, tradu-
 cantur, & indigna fide fiant, quæ incautius, aut præfidētius admissa, indicare na-

tiuis argumentis nō prēmoleſtus, nec odio denigratus cēſor perrexerit. Equidē
 nec ſtomacho quicquā, nec odio dedi: cādide prāterea, & citra oblatrādī ſtudiū
 quā digna annotatione uīſa ſunt, protuli. Atq; utinā mihi ad æquanimi-
 tatē (qđ citra iactantiā dictū uelim) propēſo, id aliquorū diligētia prāſtitiffet, ut probare
 pleraq; magis, quā improbare potuiſſem. Iā illud nouum nō eſt, ſentire tecum
 illis non poſſe, qui qđ tractes argumētum, aut nō intelligunt, aut nā intelligē-
 do faciunt, ut nihil intelligant, uelut eſt apud Terent. diuerſa interim ſentiētes, &
 prāalto ſupercilio deſpiciētes quā doces: quorū moroſiſſimā obſtinaciā, & obſti-
 naciffimam moroſitatē, ne illi quidē æquo tulerint animo, qui uerſipelli aſtutia,
 uerū, falſumq; dummodo rei interim priuata nō deſint, iuxta æſtimare aſſolēt.
 Cōperta autē uel corām, uel aliorū relatione diligētiffime perquiſita, redditaq;
 quā priores me nō attigerunt, ſicubi bona fide noſtris infulſimus, æquo uelim
 animo ſtudioſi accipiant, interminā eſſe naturā opulētiam cogitādo, quā certe
 nō una aliqua ratiōe, nec ab uno, ne dicā ab oībus, tradi literis, & memoriā poſ-
 ſit. Etenī parerga ad pietatē & religionē attinētia, quibus teſtari obiter, quā ab
 Ethnicorū uanis perſuaſionibus abeſſemus, uoluimus, credo iuuetuti nō tā frugi-
 fera, quā amœna futura. Erat enī iam pridē in uotis, ut ſicubi nō importune ui-
 deremur, uarietati, quā ſatietatis expulſrix eſt, ſtuderemus: & ante alia (qđ pauci
 ē noſtris ſolēt) Chriſtianū negociū in Ethnicorū profitendis libris exprimere-
 mus, aliubi monitis lectoribus, ne qđ illi traderēt, temere ſequerentur: prāterea
 quē in uſum oīm bonarū artiū peritia poſſet, imò uero deberet accōdari, ſpe-
 ctatā indolis adoleſcētibus uno & altero in loco nobilium authorū teſtimoniis
 adductis, & frugifera, ut ſic dicā, uerſura facta, innueremus. Porrò ne quis me in
 his Cōmētariis noſtris gloriolā quærere, & me ipſum uelut in machæra (qđ aiūt)
 Peleū quēdā demirari exiſtimet, doctiſſimorū quorūq; literarū profeſſorū cēſurā
 acquieſcā: nec dubitabo ſtilum uertere, ſi quid horum iudiciū mutandū elimi-
 nandūue decreuerit. Didici enī eatenus literarū honori, quo penes me nihil an-
 tiquius eſt, hunc locū cedere, ſciens ueſaniā eſſe, nō iudiciū, ſi ſua retinere, & de-
 fendere quis malit, quā alienis acquieſcere, dūmodo itelligat patrociniū ſe bo-
 norum carere, & eſſe quod alii melius dixerint. Tumultuarios autē labores, quos
 nuper auctis plerisq; & emēdatis pro meo iure recognoui, in prima æditiōe no-
 ſtra Franciſco Abbati apud diuum Gallū, Antiftiti nō tēnendo adſcribēdos eſſe
 duxi, ut ſimul & uerēdī patroni auſpicio prodirent, & alieni magis, quā noſtri
 nominis authoritate ſeruarentur. Quo conſilio meo cum male profeciſſem, ſta-
 tui alia uia uilitigatoribus obſiſtere, ſi iniqui eſſe demū nō deſierint. Porrò ma-
 gnam horum partē ſurda aure trāſmittā, qui corrupto iudicio, & tumida iactati-
 one nō alia cauſa noſtra obtrectant, quā qđ citra etiā riualē nimis impēſe ſua
 deamāt: ad hāc nimirū operā nati, ut caſſū, friuolūq; buccis, ut ille ait, crepitātī-
 bus deblatterent. Satis ſuperq; operæ precium reſpōderit, ſi bonorū exiſtimatio-
 ne hac quātulacūq; ſedulitate noſtra iuuetuti Germanicæ aliqua ſaltē parte pro-
 fuiſſe dicar. Nā candidus puruſq; qđ locis propē oībus integritati ſuæ redditus
 Pōponius iādudum ſtudioſorum manibus uerſatus eſt, nō mihi debetur, ſed exi-
 mio illi māſuetiorū literarū reditegratori, qui nos prāiuit, qđ iuuit Hermolao.

Franciſcus
 Abbas.